

Gratam se nobis obtulit tuarum continentia litterarum, quas more solito benignius receptas amenius ^{a)}) intuentes benignitati tue, que super negotio fidelium maiestatis ^{b)}) nostre et nostrorum exitii proditorum [certior reddi desiderat], tenore presentium intimamus, quod insidiatore nostri sanguinis partim morte turpissima, partim flamma vindicte perierunt. Quibus malleo auguste potentie flagellatis ^{c)}) sic malorum occasu solium magnificavit ^{d)}) et etiam sublimavit altissimus, quod dimota rubigine pravitatis et regni nostri Siculi [turbatio] sedata ^{e)}) est in solite fidei firmitate et imperii Romani potentia nostre celsitudini solito devotius famulatur. *Flagellato* ^{f)}) *pestilente* ^{g)}) *sapiens sapientior erit* ^{h)} 1). Preterea devotionem tuam volumus non latere, quod duce Austrie viam universe carnis nuper ingresso ducatus ipsius in rebus et populis opulentus ad nostrum est dominium devolutus ^{h)}). Et ut de nostris rebellibus ⁱ⁾) desiderata victoria tua et aliorum nostrorum fidelium vota prolixius non morentur, Coradinus dilectus filius noster, in regem Romanorum electus et regni Ierusalem successor legitimus, filiam egregii ducis Bavarie, dilecti principis et fidelis nostri, sibi nuper matrimonialiter copulavit. De tantis quoque successibus ^{k)}) et auguste fortune felibus incrementis tua devotio in fervorem nostre fidei flagrantius exardescat.

V.

(Kaiser) *Fr(iedrich II.) tadelt Alessandria, daß es seinen Truppen im kaiserlichen Heer keinen Sold gezahlt habe, so daß diese ihre Pferde und Waffen hätten verkaufen müssen, und daß die Stadt nur lau den Befehl ausgeführt habe, zur Bekämpfung der Parma zu Hilfe ziehenden Mailänder 200 Ritter nach Lodi zu entsenden. Der Kaiser befiehlt der Stadt, jetzt den Sold für ihre Truppen zu schicken, und kündigt den baldigen Sieg über Parma an.*

(Bei der Belagerung von Parma, August 1247) ²⁾).

Hs. fol. 20^v—21^r.

Fr[idericus] etc. communi Alexandria etc.

a) amentius; über der Zeile in amenius verbessert Hs.

b) magestatis Hs.

c) flagelatis Hs.

d) magnificā Hs.

e) defedata Hs.

f) flagellato Hs.

g) pestilentie Hs.

h) devollutus Hs.

i) rebelibus Hs.

k) succesibus Hs.

1) Vgl. Prov. 19, 25.

2) Vgl. oben S. 409 Nr. 71.